

FABELLA DE
PETRO CUNICULO



Published by Canon Press
P.O. Box 8729, Moscow, Idaho 83843
800.488.2034 | www.canonpress.com

Fabella de Petro Cuniculo copyright ©2016 by Sarah Hill.
Beatrix Potter's *The Tale of Peter Rabbit* was first published in 1902.

Cover and interior layout by Valerie Anne Bost.
Printed in the United States of America.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, stored in a retrieval system, or transmitted in any form by any means, electronic, mechanical, photocopy, recording, or otherwise, without pri-or permission of the author, except as provided by USA copyright law.

Library of Congress Cataloging-in-Publication Data is forthcoming.


16 17 18 19 20 21 22

9 8 7 6 5 4 3 2 1

FABELLA DE
PETRO
CUNICULO

BEATRIX POTTER
auctrix

conversa in linguam Latinam a
SARAH HILL



canonpress
Moscow, Idaho





O LIM erant quattuor Cuniculi parvi,
et nomina erant—

Flaccilla,
Pupilla,
Lanosa-cauda,
et Petrus.

Cum Matre habitabant in tumulo
harenae sub radice abietis¹ maximi.

1 abies, etis (m)—fir tree



NUNC, carissimi,” dixit vetula
Domina Cunicula quodam die, “licet
ire per agros vel iuxta viam, sed nolite in
hortum Domini Gregorii ire: casus ibi
Patrem impedivit; in crustum positus est
a Domina Gregoria.”



“**A**BITE nunc, et nolite malefacere.
Domum exeo.”



TUNC vetula Domina Cunicula
sportulam et umbraculum sumpsit,
et per silvam ivit ad tabernam pistoris.
Panem emit de farina integra factum, et
quinque liba cum acinis.²

2 acinus, i—currant




FLACCILLA, Pupilla, et Lanosa-
cauda, quae probae erant cuniculae,
iuxta viam iverunt et moras³ collegerunt;

3 mora, ae—blackberry



SED Petrus, qui improbissimus erat,
usque ad hortum Domini Gregorii
rectam viam fecit, et sub portam
subluctatus est!



PRIMUM lactucas⁴ et phaselos⁵ edit,
et tunc raphanos⁶ edit;

4 lactuca, ae—lettuce

5 phaselus, i—french bean

6 raphanus, i—radish



E^T tunc, aegrotans, apium⁷ quaesivit.

7 apium, i—parsley



SED post angulum viridarii⁸
cucumerum,⁹ cui occuravit? Domino
Gregorio!

8 viridarium, i—greenhouse

9 cucumis, cucumeris (m)—cucumber